

Martin Brasch

**AD || ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM || & Dominum, Dn:|| CHRISTIANVM ||
MARCHIONEM BRANDE-||BVRGENSEM, DVCEM BORVSSIAE,|| ... Dominum
suum clemen-||tissimum || Cum ad Coronationem CHRISTIANI IV. Potentißimi ||
Daniae Regis iturus illustri comitatu Rostochium || ingrederetur || MELOS,
faustae acclamationis ergò || decantatum à || MARTINO BRASCHIO P.L.||
Professore Academiae Rostochiensis et Collegij Philos.|| pro tempore Decano.||**

Rostock: Ferber, Augustin d.Ä., 1596

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1741645697>

Druck Freier  Zugang



2806

4.2d.6

Aeber VI-5344

with 4 more + /

Cg-2065 1-30


(son)



Roxby's Collection

- 4 -





AD
ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM
& Dominum, Dn:

CHRISTIANVM
MARCHIONEM BRAND-
BVRGENSEM, DVCEM BORVSSIAE,
Stettini, Pomeraniæ Cassubiorum & Vandalorum,
Burgrauium Noribergensem & Principem
Rugiæ, Dominum suum clemen-
tissimum

*Cum ad Coronationem CHRISTIANI IV. Potentissimi
Dania Regis iturus illustri comitatu Rostochium
ingredereetur*

M E L O S, faustæ acclamationis ergo
decantatum à

MARTINO BRASCHIO P. L.

*Professore Academie Rostochiensis & Collegij Philos.
pro tempore Decano.*



ROSTOCHII

Typis Ferberi, Anno 1596.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1741645697/phys_0006](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1741645697/phys_0006)



A D

ILLVSTRISSIMVM
PRINCIPEM ET DOMINVM, DO-
MINVM CHRISTIANVM MAR-
chionem Brandenburgensem &c. Dominum
suum clementissimum,

ROSTOCHIVM ingredientem
fausta Acclamatio

MARTINI BRASCHI.

HIST CHRISTIANVM quis
taseat ducem,
Dum littoralem cogitat Hafniam,
Digressus ad walles propinquas
Mollejs Varniadum Ro-
setum?

Quem, qualis olim sole sub Africo
Regina cœtus aligeri, nouis
Repullulascentis juventæ
Viribus educat in supremâ

A 2

Pullos

Pullos senecta; robore masculo
Maturus & ui progenuit senex
Septemvirum nulli secundus
Marchiades, genitrice Elisa
Prisco petitum quem tibi comparem
Heroem ab aeo, quem juuenem tibi
Formose princeps? par Achilli
An memorabere sub magistro
Phœnix? (nondum rege Agamemnon)
Trojam profecto, stantibus Ilij
Murus, Lacena nec secutâ
Iliacos Paridem per agros)
Haurire pacis, Martis & ardui
Præcepta quem nec dedecuit, manus
Illas nec objecisse flagro
Quêis aliquando periret Hector?
Deliberantis num magis Herculis
Gaudes vocari frater an emulus,
Blandita nequicquam voluptas
Illecebrosa ubi ei tetendit
Ridente vultu brachia, Cypriis
Crines & aures picta coloribus:
Quin mente victrix irretorta
Scriberet in sua castra virtus

Ulro

Ultro sequentem. conspicor orbitam
Parem juventae, conspicor amulos
Virtutis ignes, tam decorus
Non sine Diis eris ortus infans.
Quae forma vultus & frontis amabilis
Qualis venustas? quanta suauitas
Dia & loquela? qui lacerti?
Quam celer ingenij rotatus?
Nunc & Camena mellea nectaris
Tibi propinant pocula, nunc penum
Recludit augustum Minerua,
Et Charites & Apollo, cultis
Quicquid vetustas & sapientia
Promisit tabellis, saculo ab altero
Transmisit etati minorum
Quicquid & Historia & polita
Poësis, ergo jam neq; barbarus
Tibi est Latinus, nec tibi Achaicus
Scriptor, quis illis fabulosas
Deliciis fous anteponat
Mensas & Heben? sed grauioribus
Reseruat etas te sibi, subdito
Quando paterna lenitatis
Legibus accipieris heres

A 3

Olim

Olim popello. nunc iuuet interim
Lustrare campum, tortile nunc manus
Vibrare lignum, nunc caballum
In celeres agitare gyros
Fessum seueris Pieridum choris,
Nunc, quod parentis luminaq; Est jecur
Titillet, in ceruum aut ferocem
Cornipedem stimulare in aprum.
Velim ipse, Apollo hoc Est Charites velint
Mecum Est Camena; Varniadum in sinus
Paulum moreris, nec citatum
Deproperes abitum. corolla
Centum manerent hic tibi, munera
Pulchri capilli: traderet Est tuos
In arbitratus se regendum
Nostræ Academiola senatus.
Hac forte posthac labilis afferet
Ætas. Danorum tempora principis
Nunc CHRISTIANI te lacebunt
Regis Est ista dies futuri
Augusta: celso quâ diademate
Primâ superbis sceptra potentia
Non simplicis regni indipiscet
Et procerum Est populifrequente
Suffra-

Suffragiorum non sine calculo,
Dinis & ipsis propitius. age
Mittamus & te prosequamur
Omnibus placidis euntein.
Jannè expeditus nauita Cimbricam
Balthen & vda tendit ad Hafnia
Litus? secundis auspicio
Vtere, dum vocat aura, velis.
Pro te paternâ qui sedet in domo
Quicunq; fratribum, tergemina alleuant
Pro te parentes vota. quantâ
Excipiere redux coronâ
Congratulantum? detineat caue,
Te Cimber illex, & licet imperans
Regnis duobus, CHRISTIANVS,
Nec soror unica CHRISTIANI.









9
2065-1-30



Suffragiorum non sine calculo,
 Diuis ipsiis propitius. ag
 Mittamus te prosequamur
 Ominiibus placidis euntēm.
 Jamnē expeditus nauta Cimbricam
 Balthen & vda tendit ad Hafnia
 Litus? secundis auspicio
 Vtēre, dum vocat aura, velis.
 Pro te paternā qui sedet in domo
 Quicunq; fratribus, tergmina alleuant
 Pro te parentes vota. quantā
 Excipiere redux corona
 Congratulantum? detineat caue,
 Te Cimber illex, & licet imperans
 Regnis duobus, CHRISTIANV
 Nec soror unica CHRISTIA

